

ex aliquo juris defectu, aut dispositione, cum executo-
rem, cuius vices gerit, pariter pati defectum, non est
dubium, quoniam infecta primitiva, infecta censetur
etiam derivativa, ut per cap. cum quid prohibetur, de
regul. jur dicit Tiber. Salustius in praxi auditor. Camera
35 lib. 2. cap. 18. num. 8. arboris enim rami majores vires
non habent, quam à radice suscepunt Bal. in leg. 1.
ff. de Senator ubi dicit quod extincta radice, ramus ex-
36 siccari oportet, & infecta radice, insicuntur & pal-
mites, text. arg. l. usica mure, & in l. 3. C. de bonis ma-
ter. l. D. Marco. C. de questionibus quomodo enim pos-
37 sunt rami pullulare, si radix infecta, seu extincta esset,
l. maximum vitium, G. de liber. prater. l. fin. C. de nupt.
auth. de heredit. ab intest. venien. S. si igitur defensio el. 2.
vers. ex divers. collatione 9. Cervant. in leg. 9. Tauri, n. 8.
G. in l. 9. num. 75. & iterum num. 207. nemo enim plus
38 juris in alium transfere potest, quam sibi competere
dignoscatur, d. l. nemo plus, ff. de regul. juris concordan-
tis, & hoc facit argumentum Rota teste Pto eo decif.
240. lib. 3. ubi dicitur quod facti cause avocatione à
39 mandante, ita ut alterius non queat procedere, à for-
tiori intelligitur avocata ab ejus delegato compulso-
re in partibus, ita ut insuper procedere non possit; quam
vide omnino.

40 Ex quibus omnibus una erit facienda in hac mate-
ria juridica, seu probabilis conclusio, ut appellationi
ab executori, sive mixto, sive mero, non admittente
exceptionem defectus potestatis sua, sive superioris
mandantis, non deferente interjecta, vim facere de-
clarari in tribunalibus, tum quia procedit nulliter ex-
ecutor carens potestate (ut latè probavimus suprà
cap. 3.) tum etiam, quia non admittit exceptionem ad-
mittendam, quod est excessus, ut cap. seq. late apparebit.

41 Quam conclusionem communiter practicata videmus quotidie in supremis tribunalibus, non solum quando acta adeuntur per viam violentia, sed etiam quando per viam querelæ aliquius judicis commissio-
nis seu executori, sive à Curia Regia, sive aliunde mis-
si, excedens à sua commissione, quia in omnibus causis
inspicitur statim sua potestas ex delegatione, & po-
testas ejus à quo missus est, an casum illum possint de-
mandare, & ad se pertineat, & hoc jure uitum.

42 Ex qua conclusione, & ex hac tenuis in ejus comprobationem cumulatis illud primo loco infero, quod l. cùm
execut. ante præsentationem, & intimationem literarum executorialium sibi factam; uti non possit ex-
ecutor uti facultate, ac jurisdicione ex mox citandis, appellationi ab eo interjecta non de-
ferens vim facere declarabitur, & quod ante literarum præsentationem, & intimationem non possit ex-
ecutor uti facultate, nec procedere ad executionem ea-
rundem, tenet Rota decif. 793. in antiquis, & decif. 242.
& decif. 458. novis. Dominicus in cap. eam te, in fin.
de rescriptis. Felinus in cap. sciscitatus vers. limita hanc
pariem rescript. Roma. consil. 353. vers. quod tertium,
Bal. in rub. qui succession. feud. vers. executores vero,
Philip. Franc. in cap. super eo, el. 2. vers. & ita etiam
tenet Rota de appell. Felin. in cap. eam te, de res. &
idem in cap. fin. vers. quaro. de presumpt. Aymon. consil.
134. num. 22. vers. septimè dico. Staphileus in tractatus de
literis gratia & justitia, vers. nova forma est. Nicol. Millis
in rep. verbo gratia Apostolica. Bellarne. decif. 110. vers.
circa tertium anibium usque ad fin. Gomez in tractatus
mandati de providendo, n. 138. Cassan. consil. 10. vers.
item hinc, tenet Canonista, & in vers. ex quibus. Cas-
siodor. decif. 8. de res. spolia n. 12. alias de causa post.
& propr. fol. mihi 137. Puteus decif. 275. n. 3. l. 3. quod
in utroque executore tam mero quam mixto procedit,
& de hoc etiam in specie probant, Gomez in d. tract.
mandati. de providen. n. 138. Staphileus de li. gratia
& justitia, vers. nova forma est Ant. Gabriel. comman-
conclus. lib. 2. tit. de executione rei jud. concl. 3. n. 1.
quo

Quo quidem doctrina universaliter etiam vera est in
quolibet alio delegato judice qui non recipit potesta-
tem, exercitum, nec jurisdictionem ante commissionis

præsentationem, ita docet gl. in cl. in verbo, receptis de-
procurat. Joan. And. in cap. eam te, in fin. vers. item quod

à tempore de rescript. Bart. in l. multum, vers. & hec sunt
utilia ad questionem, ff. de condit. & demonstr. Rota in no-
vis. decif. 242. vers. delegatus enim, & deo. 145. vers. sed

illud quod facit in novis. Marian. Socin. in tract. de citat.
art. 20. in 6. q. prin. Cassad. decif. 8. n. 12. de restitu. spol.
Archid. in c. si est cui in prin. ibi sumpto argumento & à
contrario sensu, de offici deleg. in 6. & in c. is cui in prin.
de procurat. l. 6. Holtiens. in c. ex conquisitione, vers. quin-
que à judicibus de restitu. spol. & ibi Ancar. vers. venit
ad questionem. & ibi Card. in fin. in gl. fin. ubi Ab.
n. 10. & Anton. de Butrio vers. Hoftiens. sic concludit.

Bal. in l. falsus, vers. sed pone quod causa C. de furtis, idem
Bal. in l. ejus qui in provincia, vers. sed dubitatur de pro-
curat. ff. si certum petatur. Rom. in cons. 353. vers. quoad
tertium Dominicus in c. 1. s. 1. vers. nota quod judic. & de
off. deleg. in 6. Philip. Fran. in c. super eo el. 2. vers. ultimo
renementum de appell. & ibi Decius n. 12. vers. ultimo nota.
Bal. in l. mandatum, vers. & nota quod Petrus. C. manda-
ti, & in l. ea quo vers. etiam notandum: C. de temp. in
inleg. restit. idem Bal. in l. 3. s. si quis impetraverit, vers.
sed contrarium est verum, ff. quod quisque jur. & in l. sed
& si de sua, s. 1. vers. & hec determinantur. ff. de acquir.
hec Roma. l. absent. n. 3. & seq. ff. de donat. Felin. in cap.
sciscitatus vers. limita hanc partem de res. & in c. cat-
erum vers. addit. pro Regul. eod. tit. Nicol. Millis in repert.
verbo, judex delegatus ignorat. Cassian. 10. n. 18. Angelo
in l. cum furiosus, vers. & est argumentum, ff. de jud. Aret.
in d. l. sed. & si de sua, vers. ex his inferunt, ff. de acq. ha-
red. ubi dicit, quod non sufficit commissionem esse
præsentatam, nisi etiam sit à commissario accepta, ut
etiam tenet Guido Papa q. 286. Felin. in cap. cum. ex of-
ficiis vers. pro quo vide de prescr. Bal. in l. eam qui in vers.
quarto, ff. de juris. omn. jud. Paul. de Castro in l.
cum furiosus vers. quod nota, quia per hoc, ff. de jud. Ant.
Gabriel. l. 2. commun. concl. tit. de executione rei judicata,
con. 3. n. 4. quem n. 6. vide post Felin. in d. sciscitatus,
vers. lim. hanc partem de res. & Papazo, dicentes hoc
procedere etiam si executor sciat facultatem sibi compe-
tere, sed nondum sint litera sibi præsentata, ad quæ cir-
ca hunc articulum cōfage quoties necessitas impelerit.

Pariter & secundò ex supradicta conclusione, &
resolutione fundata infero, ut appellationi interposita
ab executori dato cum termino limitato, & assignato
in sua commissione, & post terminum finitum proce-
dente ad ulteriora ut licet, si non defecerat, vim fecisse
manifestam, & natus declarabit, cum post illud tempus
desinat esse executor, & judex caret mandato, & juris-
dicione; omniaque quæ ab illo gesta sint acta, irrita
sunt, nulla, & à privata quadam persona confecta, text.
est in c. de causis, off. deleg. l. 2. s. si judex, ff. de judic.
optimus text. in leg. si ex pretoriano 3. C. de executor. &
exactoribus ubi executor datus ad exigendum debitum
cum termino limitato, post illum in executions, & ex-
actione repertus, vinculis ferreis ligatus ad superio-
rem mittendus, ut ejus excessus coērreat, juncta etiam l. contra nostra C. eodem tit. Sebastianus Vantius
in tract. de nulli. sentent. ex defectu jur. deleg. num. 99.
& 100. & facit pro hoc, quod dicunt Socin. in l. mul-
tum interest, vers. secunda conclus. ff. de condit. & demonst.
Alexand. in l. (ed & si de sua, ff. de acquir. bared. Ant.
Gabr. commun. conclus. l. 2. tit. de executione rei judica-
te, comil. 3. num. 18. quod etiam prorogata est ejus
jurisdicione de tempore ad tempus, si tamen ignoret
executor, actus ab eo gesti, antea quam sibi de proroga-
tione constet, irriti sunt, & nulli, ubi etiam Vantius
affirmat, quando commissio sit à delegante collata in
tempus, quo ipse delegans non esset futurus judex, &

quo

Pars IV.

Cap. VI.

545

quo carebit potestate, juxta tex. in l. eum qui ff. de jurisd.
omni. jud. cui aliae possunt etiam leges applicari.

50 Tertiò & ultimò ex supradicta resoluzione deduci-
tur, quod cum judex superior, qui sententiam tulit,
non potest eam exequi, pendente legitima appellatio-
ne ab illa interponendam, quia per eam suspensa est
ejus potestas, & jurisdictione, c. non solum, de app. in 6. toto
tit. ff. nihil novari appellatione pendente, Vincent. Caroc.
in tr. de except. exceptione 44. n. 74. prope fin. & vide
suprà c. 1. n. 32.

51 Pariter est dicendum, ut executor, cui executionem
ejus commisit faciendam, ejusdem defectus potentia
particeps intelligatur, ex juribus & authoribus su-
perius adductis, vers. quoniam potestas à num. 30. & sur-

52 sum, & non potest quis per alium facere, quod non
potest per seipsum, ex juris regula, potest quis, & de Reg.
jur. lib. 6. imò non executor, sed mandans ipse exequi-
tur, Beroi. in cap. quoniam, Ab. num. 112. de off. deleg. Me-
noch. de abitr. lib. 1. quest. 3. num. 2. in fin. Rebuff. de sen-
tent. execut. art. 7 gl. 3. n. 4. vers. idem dico fol. 378. Baldi.
in addition. ad Specul. tit. de executione rei jud. vers. sen-
tentia lata ab uno. Guillelmus de Cunis in l. si pater, ff.
de manum. vind. Bertach. in repet. verbo, execut. n. 51.

53 Cardin. Tusch. præct. conclus. tom. 3. littera E, conclus.

478. n. 1. quia executor est veluti causa instrumentalis,
quæ nihil disponit. Aret. in s. cum autem impubes, n. 6.
in fin. institut. de adopt. & qui per alium facit, est perin-
de ac si faciat per seipsum, ex regula juris. Actus liqui-

54 dem non attribuitur exequenti, sed mandanti Rota
dec. 167. num. 2. part. 1. divers. Petrus Surd. decif. 8. n. 2. 3.
& 24. & decif. 292. n. 9. & in tract. de aliment. tit. 7. q. 38. n.
52.

55 Et ideo quemadmodum judex mandans vim facit,
non deferens appellationi interjecta ab hujusmodi ex-
ecutionis commissione, juxta ea quæ exacte dixi supra
hoc lib. 4. cap. 1. a num. 32. vers. & primarationibus,
&c. quia vim vi addi; ita etiam hujusmodi executor

56 hoc casu, etiam de facto potest impedi ne exequatur,
bonus text. in l. defensionis facultas, C. de jure sciri Abb.
in c. 1. col. penult. & fin. de off. ord. Bart. in l. divers. ff. de
judicis. Oldradus consil. 89. Grammat. consiliorum civili-
um 109. n. 5. Felin. in c. si quando, de off. deleg. Mart. de
juris. 1. part. c. 1. à n. 35. faciunt quæ exactissimè Ma-
rant. in disp. 1. à n. 18. cum pluribus seqq. ac ideo multo
magis per remedium juris, scilicet appellationis, & nulli-
tatis, quare si ab executor non admittente hujusmo-
di potestatis s. & defectus exceptionem, nec superse-
dente appellationi interposita, vim fieri manifestat,
declarabitur.

57 Pro quo facit insuper quod dicit text. in c. quando,
de rescript quod quando Papa rescribit alii, ut aliquid
injustum exequatur, potest ille non exequi, & contra-
venire literis Apostolicis, si illud. quod jubetur,appa-
ret injustum, & debet rescribere Papæ. & exspectare se-
condam iussionem, ubi dicit Abb. procedere, etiam si
in mandato Papa sit pena excommunicationis, & dicit
not. gl. in l. puniri C. si contra ius, vel ui. quod non de-
bet timere miseri Fratelli veritatem sectari, & literis
Principi non obedi. Idem dicit gl. in vers. nuntiant.
in s. deinde, in auth. de manda. Principi, ex quo infert &
argumentatur, & bene. Maran. disput. 1. num. 16. in fin. Si
ergo ipsi Principi iusta jubenti, non est obedendum,
quanto minus ejus delegato; aliter ergo maiorem po-
testatem haberet executor, quam mandans, à qua sua
deficit; & fore monstruosum, ramos pullulare radices
infecta, juxta quæ latè dixi superius, foréque hac via
aperta porta fraudibus, si permitteretur executori ejus
exequi sententiam cui personaliter execucio facienda
prohibetur, quod nullo jure permittendum est, & sic
attentatis, contra quem exequitur, ut sic nondum
appellaverit à sententia, quia nondum sibi fuit intimata,
interponat appellationem simul coram executori

58 Pro quo facit insuper quod dicit text. in c. quando,
de rescript quod quando Papa rescribit alii, ut aliquid
injustum exequatur, potest ille non exequi, & contra-
venire literis Apostolicis, si illud. quod jubetur,appa-
ret injustum, & debet rescribere Papæ. & exspectare se-
condam iussionem, ubi dicit Abb. procedere, id quod, &
in l. mandatum vers. & nota quod Petr. C. mand & in l. ea
qua vers. est etiam notandum. C. de temp. in integrum rest.
Bal. in l. 3. s. si quis impetraverit, vers. sed contrarium est
verum, ff. quod quisque jur. & in leg. sed & si de sua s. 1.
vers. & haec determinatur, ff. de acq. bared. Roman. in l.
absent. n. 5. & seq. vers. & determinatur quæst. ff. de donat..
Felin. in cap. sciscitatus, vers. limita hanc partem de res-
cript. & in c. caterum, vers. addit. pro regul. eod tit. Mill.
in verb. judex delegatus ignorat. Cassian. consil. 10. n. 18.
Angel. in l. cum furiosus, vers. & est argumentum, ff. de jud.
Aret. in l. sed & si de sua vers. ex his inferunt, ff. de acq.
bared. late cum ampliationibus & limitationibus profe-
quitor Ant. Gabr. commun. concl. lib. 2. concl. 3. à n. 3. cum
seqq. tit. de exec. rei jud. ubi n. 4. post Aret. ubi supra,
dit communem, subdentes quod non sufficit literas esse
præsentatas, nisi etiam sint acceptatae, Guid. Pap q. 286.
Felin. in cap. cum ex off. vers. pro quo vide de rescript. Bal.
in l. eum qui, in vers. quarto quaro. ff. de juris. omn. jud.
Paul. de Castro. in l. cum furiosus. ver. quod nota quia per hoc,
ff. de re jud.

Quod procedit, etiam si sciat, facultatem sibi com-
petere, sed nondum sint litera præsentata, Fel. in c. scis-
citatus, ver. limita hanc partem de rescript. & post Paz te-
nit Gabr. ubi proximè n. 6. ubi alias ampliations, & li-
mitationes ponit, & late prosequitur videndum.

Ulterius notanda sunt pauca, ea tamen utilia ad
63 Z. 2 3 execu-

cum protestatione illam præsentandi coram superiori,
cum adeundi desit nunc sibi facultas, dummodo venit
ad notitiam suam sententia lata contra se, petensque
ab executori, ut supersedeat interim, dum de hoc co-
gnoscit; ad effectum rescribendi & superscendi in-
terim.

Diximus superius executori executorialium ca-
rete potestate ante commissionis præsentationem, illis
etiam potes addere, quod licet executor gratia acquirat
jurisdictionem à tempore datæ, illam tamen exer-
cere non potest ante præsentationem, & receptionem
litterarum, cap. super eo, 2. de appellat, latissimè & ac-
curatè cum magna Doctorum cetera, ampliationibus,
& limitationibus, nec non concordia Doctorum & opini-
onum, videre poteris Anton. Gabriel. lib. 2. commun.
opin. tit. de executione rei judicata, conclus. 3. per rotam.
Molin. de justitia & iure, 3. tom. disput. 599. num. 2. plene
etiam per Nicolaum Garciam tr. de beneficiis 6. part. c. 2.
à n. 7. cum pluribus seqq. tom. 1. Marqu. tractatu de com-
miss. 1. part. c. 3. n. 42. folio mihi 32. quod debeat fieri
præsentatio literarum originalium, vel alias authenticarum,
nec sufficit, transumptum factum à notario,
subscripta. Vide Garciam, ibi n. 16. cum seqq. ub
bene explicat.

Et quod procedat generaliter in quolibet judice de-
legato, ut pariter ante præsentatas literas delegato, as
non habeat exercitum jurisdictionis, tenet gloss. in
clem. 1. in verb. receptis, de prov. Joan. Andr. in c. eam te,
in fin. vers. item quod à tempore de rescript. idem voluit
Bart. in leg. multum, vers. & haec sunt utilia ad questionem,
ff. de cond. & demonstr. Rota in novis decif. 242. vers. dele-
gata enim, & decif. 143. vers. sed illud, quod facit in novis.
Maria. in tract. cit. vers. & si delegatus, alias art 20. in 6.
q. prin. Cassad. decif. 8. num. 12. de rest. spol. Arch. in cap. si
is cui in prin ibi sumpto arg. à contrario de off. del. in 6. &
in cap. is cui in prin. de proc. in 6. Hol. in cap. ex con-
quist. vers. qui quam à judicibus de res. & ibi Anch.
vers. venio ad questionem, & ibi Card. in fin. vers. in gl. fin.
& ibi Abb. num. 10. vers. & hinc sumpta occasione, & ibi
Anton. de But. vers. Hoftiens. sic concludit, Bal. in l. falsus,
vers. sed pone quod causa, de fuer. Bal. in l. ejus qui in
provinciam, vers. sed dubitatur, de procur. ff. si certi pet.
Rot. consil. 353. vers. quod tertium. Domini. in cap. 1. s.
7. vers. nota quod judex de off. deleg. in 6. Fran. in c. super eo
el. 2. vers. ult. renementi de appell. & ibi D. D. n. 12. vers. ultimò
nota Bal. in l. C. ut lit. pendent.

- executionem judicis requisiti spectantia, illo prius obi-
ter supposito, quod si res, super qua facienda est actu-
alis executio, vigore rei judicata ab uno judice latet,
sit sub alterius judicis territorio, districtu, jurisdictione,
ab isto facienda est, ad requisitorias tam en literas
ilius judicis, qui sententiam tulit, textus est expres-
sus auth. de exhib. rei §. si vero, & in auth. ut different.
judic. l. tit. 7. p. 3. l. properand. §. fin. autem res. C. de jud.
in l. à D. Pio, §. sent. Roma dictam, ff. de re jud. quam latet
exornant, & ejus materiam tractant Covarr. præf. quest.
cap. 10. n. 7. per totum, ubi idem tenet per identitatem
rationem in contractu paratam executionem habente,
quando fieri debet coram judge contractus, ut in utro-
que probat, & amplificat Paz in præf. s. p. tom. 1. cap. 2.
n. 5. cum seqq. fol. 101, per notata in cap. Rom. §. con-
trahentes de for. compet. lib. 6. tenent plures relati ab A-
fin. in præf. §. 3. 1. cap. 9. n. 2. Avend. tit. de las excepciones,
n. 9. & respons. 22. Oros. in l. si convenerit. n. 9 ff. de jur.
omn. jud. gl. 2. 3. tit. 11. p. 5. Azeved. in l. 1. tit. 2. lib. 4. re-
cop. num. 5. Anton. Mass. Gall. in forma obligat. Carter.
part. 3. quest. 1. late etiam & bene in utroque casu Rod.
Xuar. in lect. l. post rem. in declar. l. Reg. quest. 5. incipit
circa judicem videndum fol. mihi 3. 49. post Bart. Bal. Sal-
acet. Paul. & alios in d. §. sentent. Roma, post plures
alios, ejus additionator Valdez, pulchre etiam per Joan.
Ferrar. in pra. in form. execut. sent. diffini. à n. 13. fol. 2. 77.
ubi post Cynum & alios, & similiter Roder. Suar. dis-
tingunt, ut hoc procedat, quando petitur executio
judicis officio, secus autem quando petitur actione in
factum, quia actio ubique exerceri potest, quos vide &
omnes pro materia executionis facta per literas requi-
sitorias, late etiam Gratian. disceptat foren. cap. 1. 4. per
totum, ubi late, an judex requisitus excedat, non ex-
quendo secundum statutum judicis requiriens. Rebuff.
in tract. de liter. requisit. à num. 2. 5. & suprà per totam
in commentar. tom. 2. Late hunc articulum examinat
post plurimos quos citat Vincent. Carocius tractatus de
except. excom. 12. q. 30 à n. 7. cum seqq. Carol. de Tapi. de
compil. jur. Regn. Neapol. tit. de execut. sent. rubr. 41. ritu
2. 62. num. 4. fol. 226. lib. 3 ex Crpan. ad stat. Mediola.
cap. 8. & alii.
- 66 Circa quod nunc primò quæro, an literis requisito-
riis ad hujusmodi executionem faciendam solemniter
expeditis, judici, ubi res sita, destinatis, & anteaquam
iste judex requisitus incepit, judex requirens obiit,
vel officio publico functus, vel privatus est, an poterit
judex requisitus dictas literas exequi, & effectu man-
cipari? In qua difficultate, & controversia affirmati-
vè respondendum erit, ut etiam post mortem requiren-
tis defectum, aut privationem officii tenetur requisitus
exequi, per text. in l. fundi venditor, §. ult. ff. de
acquir. poss. cap. si super gratia de rescript. exacte, & dilu-
cidè examinat, & comprobatur Covarr. præf. quest. cap.
11. à n. 1. quem omnino vide.
- 67 Pro quo communis stat sententia, quod si nuntio
fuerit à judge demandarum, ut aliquem inducat in pos-
sessionem; mortuo etiam jure, nuntius possit mandatum
exequi, docent B. in l. more n. 6. ff. de jurisd. omni.
jud. sequitur Roma. consil. 202. n. 3. Imol. Aret. in d. l.
fundi venditor, §. fin. ff. de acquir. poss. & ibidem Alexan.
n. 5. Felin. in cap. relatum n. 8. & seqq. de off. deleg. quam
opinionem communem etiam profiterunt illi. in d. leg.
more, n. 6. 2. ff. de jur. omni. jud. & Covarr. d. cap. 11. n. 2.
vers. secundo hoc ipsum probatur. Gratian. in discept. fa-
rent. tom. 4. cap. 7. 8. 3. n. 19. Card. Mant. in tract. de tacit.
& ambig. corvent. lib. 7. tit. 2. 3. n. 49. & 50.
- 68 Quod comprobatur auctoritate Pauli, Angeli, Are-
tini, & aliorum in d. l. fundi venditor. §. fin. qui expressim
asserunt, non extingui morte mandantis etiam re integra
mandatum, quo judge, qui sententiam tulerit, ejus
executionem alteri commiserit: sequitur Covarr, ubi
suprà sub num. 1. ante fin. vers. quarto eadem sententia.

Pro qua opinione est tex. optimus in auth. ut nulli ju-
dicum, §. hoc vero habemus vers. si vero, quo dicitur, ut
judge, qui est successor alterius judicis, debent admis-
sere mandatum factum ejus predecessoris, prout ejus
predecessor tenebatur.

Et quia cum judge, qui tulit sententiam, ex debito
& necessitate officii teneatur illam exequi, sequitur,
ut mandatum sit ex causa necessaria quod quidem
mortis mandantis non expirat, ut per d. leg. fundi vendi-
tor, §. fin. tenent communiter omnes citati Doctores, &
latius Mantica à num. 45. cum seqq. qui à n. 16. congerit
plures, & diversos casus, quibus mandatum mortis
mandantis non extinguitur, vide etiam Gratian. ubi
proxime d. cap. 7. 8. 3. à n. 9. & suprà, quare judge requisitu-
s, nec aliis minister hoc casu exequentes morte, vel
remotione mandantis subsequuta re integra, nec exces-
sum, nec vim commississä dicentur.

Secundum quero, an judge requisitus possit cognoscere
de dominio, & possessione rei, super qua executio
facienda est. Et videtur quod non, ex supradictis à
principiis capit. quod executor merus non potest
de aliqua exceptione pertinente, ad executionem senten-
tiae cognoscere regulariter dicemus plura infra cap.
seq. sed judge requisitus dicitur merus executor, & nu-
dus minister. ut probant Joan. Ferrar. in præf. in for.
execut. sent. diff. sub n. 14. fol. 2. 77. tenet etiam Gratian. in
discept. foren. cap. 1. 4. n. 7. & ita intelligendi sunt Paz
in præf. 5. p. tom. 1. c. 2. n. 10. fol. 101. Covarr. in præf.
quest. cap. 10. sub n. 7. ad med. dum simpliciter dicunt,
hunc judicem requisitum esse executorem sententiae, &
decreti judicis requirentis, sicuti in executione latet
sententia fieri debet, & expressè tenet ipse Covarr. in
præf. quest. cap. 16. n. 5.

Quod quidem licet de juris rigore verum sit, tamen
ex aequitate concors est omnium opinio, in re hac suffi-
cere tertio oppositori, coram executore judge requi-
sito proponere, & allegare, res, & bona, in quibus sit
executio, propria esse, nec debere in illis fieri executionem,
cum alias possit executor cuilibet tertio oppositori,
& contradicitori injuriam facere, qui non ita faci-
le posset ad judicem requirentem accedere, cum forte
is longe absit à loco executionis, prout contingit fre-
quentius in his executionibus, quæ sunt per requisitorias
literas; semper enim sit extra proprium territorium,
ita considerat ex hac ratione Covarr. præf. quest.
cap. 16. num. 5. & post Bart. & Salicet. tenet Menoch. de
a bit. jud. quest. 38. num. 8. & n. 16. lib. 1. Octav. Cacher.
in decis. Pedemont. 1. 8. n. 14. Ludov. à Peguer. in decis. ci-
vil. 1. 3. 8. per tot. Azeved. in l. 6. tit. 17. lib. 4. recop. n. 7. & 8.
Cancer. variar. resol. cap. 2. de jur. omn. jud. n. 2. 47. Au-
diendus tamen non est Cevall. (quem post hæc vidi)
in tract. de cogn. per viam viol. 2. part. quest. 16. num. 46.
qui hanc doctrinam voluerit extendere ad quoslibet
executores meros etiam non ordinarios requisitos. Sed
fallitur, quia repugnat omnia juris principia, quæ do-
cent, meros executores nullo modo posse admittere,
nec cognoscere de qualibet exceptione, ut hactenus
hoc cap. & seq. diximus. Et quia omnes hi Doctores
loquuntur limitate in judge requisito de aequitate, &
speciali ratione, scilicet, quia frequentius judge requi-
situs longe degit, ubi non ita faciliter adiutor potest absque
magna injuria oppositoris. Quæ ratio non militat in
nuntio, qui intra territorium judicis, sententiam fer-
rentis, exequitur, quia faciliter adiutor potest; & ita re-
nendum est constanter ex hucusque dictis in hoc cap.
seq. circa quæ vide etiam infra cap. 7. à n. 41. cum seqq.
& ibi dicta limita, ut in hoc casu speciali.

CAPUT

Pars IV. Cap. VII.

547

CAPUT VII.

Ab executore rejiciente legitimas exceptiones
executorialium executioni oppositas, &
admittendas, seu etiam admittente rejiciendas, an & quando appellationi interje-
cta vim faciat non defens, ut qualiter
excedat, cognoscatur.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptiones executorialium executioni convenientes legitima dicuntur, & ut admittende.
- 2 Legitimum dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur.
- 3 Exceptiones dicuntur non legitima, quæ à lege reproabantur.
- 4 Executor excedit, non admittens legitimas exceptiones executionis nature congruas.
- 5 Ab executore non admittente legitimas exceptiones tāquam excedente, appellatio habet utrumque effectum.
- 6 Quod idem locum habet in executione instrumenti guarentigiani, quia parificantur à jure.
- 7 A rejectione exceptionis in executione incidentis appellaio est necessaria, alias transit in rem judicatam.
- 8 Executor litterarum pensionis rejiciens exceptiones legitimas incompetenti, surrogatio, aut ortas ex ventre gratie, excedit, & ex hoc capite appellatio utrumque habet effectum.
- 9 Exceptiones minus legitimas rejiciendas admittens executor excedit, ex hoc capite appellationi ut licita defendantur est.
- 10 Executor admittens exceptiones non admittendas, detrahit juri privilegiato partis, hoc est, juris exequendi, tamque privat beneficio juris communis, ob quod datur appellatio.
- 11 Gravamen sat prejudiciale dicitur, quo impeditur via executiva competens.
- 12 Executiva via maximum afferit commodum.
- 13 A gravamine illato agenti via privilegiata faciliter admittitur appellatio, quād adversario.
- 14 Exceptiones legitimæ executioni sententia opponi possunt in duplice sunt differentia.
- Alia infringunt sententiam, illaque ex diametro repugnant; alia non repugnant directe, sed tantum modificant, & quales sunt in utroque casu, ibid.
- 15 Exceptiones omnes indistincte omnes executores an admittere, & terminare queant.
- 16 Executor merus cum sibi committatur nudi facti executio, & omni liquidata materia, non potest regulariter cognoscere de exceptionibus oppositis.
- 17 Executor, merus non potest cognoscere de exceptionibus apositis labefactantibus sententiam, sed mandatum ad ungum servare tenetur.
- 18 Exceptiones infringentes & annulantes sententias licet executor non tenetur admittere, potest tamen, si vult, ad effectum supersedendi, & rescribendi dumtaxat.
- 19 Primo quando exceptio est notoria, & nondum fuisse in judicium deducta.
- 20 Secunda exceptio excommunicationis opposita petenti executionem.
- 21 Tertia exceptio & causa noviter orta, quam si cognoscet judge supersederet.
- 22 Quarta exceptio falsi rescripti.
- 23 Quinta exceptio nullitatis notioris, ubi executio est irretractabilis.
- 24 25. & 26. Executor has exceptiones infringentes sententiam potest admittere, si vult, non tamen tenetur & ideo à rejectione appellationi interjecta non defendit.
- 26 Executor mixtus sicut merus, non tenetur admittere exceptione labefactantes sententias, si non vult.
- 27 Executor præcisus tenetur admittere exceptionem infringentem ejus potestatem, & ubi datur execilio ir-
retractabilis, aut excommunicationis exceptio, quas si rejiciat executor, libert appellare.
- 28 Executor mixtus dicitur, cui executio committitur, non præcedente cause cognitione super iis, quæ incide-
re solent viam executivam.
- 29 Executor mixtus non tenetur admittere exceptiones la-
befactantes sententias, nec resipientes merita causa.
- 30 Executori non quodcum sit lata sententia sed quomo-
do sit exequenda, pertinet, non quid sit pronun-
ciandum, sed quid sit pronuntiatum.
- 31 Executor non potest factum superioris labefactare.
- 32 Executor non potest admittere exceptiones respi-
cientes justitiam, & causam principalem, sed statim remittit superiori non supersedens in executione.
- 33 Executor potest, si vult, admittere exceptiones respi-
cientes nullitatem sententia ut remittat & supersedat.
- 34 Executio sententia summarie tractatur, & ita nihil admittitur requires altiore indaginem ad illam impediendam.
- 35 Exceptio nullitatis incontinenti probata, ex inspec-
tione actorum, est legitima, & impedit etiam trium conformium executionem.
- 36 Exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis etiam trium conformium executionem impedit.
- 37 Exceptio nullitatis notiori impedit executionem oppof-
ta coram judge sententiam ferente, executor autem non teneat terminare, sed interim supersedere.
- 38 Restitutio integrum quando potest opponi rei judica-
ta, & suspendit executionem, procedit si opponatur coram judge, non autem coram execitore.
- 39 Exceptiones modificativas qua directo non infringunt sententiam, sed respiquant executionem sententie tanum, executor mixtus admittere.
- 40 Executor Romana Curia in partibus cognoscit super rebus in quibus est facienda execilio pro quantitate debita, & de aliis exceptionibus modificativis.
- 41 Judge requisitus pro executione sententia quas exce-
ptiones admittat.
- 42 Judge requisitus pro executione executorialium dicitur merus executor.
- 43 Judge requisitus pro executione cognoscit de omnibus exceptionibus modificativis, si coram judge cognita non sint.
- 44 Judge requisitus potest de dominio rei super qua est fa-
cienda executio, cognoscere etiam si sit merus.
- 45 Judge ordinarius qui in defectum jurisdictionis arbit-
ri ferentis sententiam exequitur, dicitur mixtus execu-
tor, quia omnes exceptiones admittit & cognoscit.
- 46 Exceptiones modificativa natura executionis conve-
nientia & ideo admittenda per executorem.
- 47 L. cum fidicomi. ff. de confess. expenditur mi-
rabilis ad admittendum exceptiones modificativas.
- 48 Exceptiones que coram ipso execitore proponi possunt, & quae non, sub coram superiori mandanti.
- 49 Executor si potest admittere exceptiones infringentes sententiam ad effectum supersedendi, non excusat pars illas proponere iterum coram superiori.
- 50 Exceptionis legitima à rejectione ut possit appellari, & excedat executor, debet illis probatio inconti-
nenti offerri, non alias.
- 51 Executiva & summaria judicia non admittunt exce-
ptiones requirentes altiore indaginem.
- 52 Exceptio legitima ut per executorem admittatur, de-
bet vel ex eiusdem actis probari, vel conferri inconti-
nenti probationem.
- 53 Tertius comparens & appellans ab executione, debet de suo interesse incontinenti docere.
- 54 Ab executione appellatio ut operetur effectum suspen-
sum.

Z 2 4